



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 157. Viringii, Pistrii, & Peregrini obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

varia, eaque salutaria pro universo suo Sæc. XVII.  
 Clero decreta condidit, quæ hoc anno A. C. 1616.  
 die septima Octobris confirmata iterato  
 prælo subjecit: ex his duntaxat magis  
 specialia adducemus. Primo igitur  
 decrevit, ne Parochi unquam crimina  
 subditorum multa pecuniaria plectere  
 præsumant, nec hæreticorum doctri-  
 nas falsas, eorumque argumenta apud  
 rude vulgus, nisi loci & temporis con-  
 ditio requirat, in Concionibus refe-  
 rant. Præscriptum quoque, quod Me-  
 dici & Ludimagistri, priusquam suo  
 fungantur officio, Catholicæ fidei pro-  
 fessionem emittant, Baptisteria vero ab  
 Ecclesiarum medio ad Ecclesiæ ingres-  
 sum transferantur, sicut & Altaria, si  
 quæ sub suggestu vel organis sita sint,  
 alio transferantur, vel omnino tollan-  
 tur, si eorum foundationes id permit-  
 tant.

## §. CLVII.

*Viringi, Pitsii & Peregrini obitus.*

Non pauci ex literatis hoc anno æter-  
 nitatis viam ingredi cogebantur, Miræus  
Script.  
Sæc. XVII.  
 quos inter recensendus venit celeberrimus  
 Medicinæ Professor, Sacerdos, & Ca-  
 nonicus. Erat is Joannes Valerius Vi-  
 ringus patria Lovaniensis, qui artem  
 Medicam, quam in sua patria per plu-  
 res

Sæc. XVII. res annos publice profitebatur, non modo in ægrotorum solamen, sed & Theologorum eruditionem impendens quinque Medico - Ecclesiasticos tractatus Atrebatii, cujus Ecclesiæ Canonicus erat, *de jejuniis Ecclesiasticis & Abstinentia* conscripsit, manifestumque reddidit, boni Medici & probi Theologi partes mutua scientiæ affinitate conjungi. Edidit quoque *Joannis Molani Diarium de Medicis Sanctis præter Epitomen Theatri Anatomici*. Obiit Bruxellis, cum Alberto & Isabellæ Belgarum Principibus a Sacris esset. Alter Liverdunenlis Ecclesiæ Decanus ac Theologiæ Doctor erat Joannes Pitius natione Anglus, patria Suthamptoniensis, qui Wintoniæ literas humaniores, Oxonii Philosophiam artesque liberales didicit atque ex Anglia ad Rhemense Anglorum Collegium profectus, indeque Romam missus Historiis suæ gentis pervolvendis sedulo incubuit, & quatuor ampla volumina de Regibus, Episcopis, Apostolicis atque illustribus Viris conscripsit: edidit quoque tractatum de legibus, & beatitudine præter relationes historicas de illustribus Angliæ Scriptoribus: expiravit die decima sexta Octobris, quem eodem fato sequebatur in facultate Juridica celeberrimus Professor Marcus Antonius Peregrinus patria Vicentinus, qui

qui Reipublicæ Venetæ a consiliis, nec- Sæc. XVII.  
 non Ordinis S. Marci Eques, ac Pata- A. C. 1616.  
 vii Juris Ecclesiastici Professor septem  
 libros edidit *de juribus & privilegiis*, at-  
 que *additiones ad Bartholum, de possessione*  
*& proprietate, de probationum substitutio-*  
*nibus, legitimationibus, & capacitate Mo-*  
*nasterii præter decisiones Patavinas*, plu-  
 resque alios tractatus Juridicos. De-  
 cessit tandem octoginta sex annos natus  
 die quinta Decembris.

## §. CLVIII.

*Joannis de Valero Carthusiani de-*  
*cessus.*

**Æ**quiori jure Scriptoribus Ecclesiasti-  
 cis, qui hoc anno obiere, accen-  
 ferri meretur Joannes de Valero natione  
 Hispanus, patria Valentinus ex civita-  
 te Segobriga. Hic Jurisprudentiæ lau-  
 rea decoratus ad ejusdem urbis Cano-  
 nicatum promovebatur: Sanctioris ve-  
 ro quietis studio animatus, aliquamdiu  
 eremiticam ducebat vitam, forte au-  
 tem ad Carthusiam *Scalæ Dei* profectus,  
 hoc institutum profitebatur, ubi indefi-  
 nenter orationi, aliisque piis exercita-  
 tionibus vacans, tandem in Carthusia  
 Majoricensi Insulæ Balearis die decima  
 quarta Decembris plenus dierum ac me-  
 ritorum appositus est ad Patres. Scrip-  
 fit